UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

71. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

Visual Library

una mortifera potione aliam utcunque mederi cupientes, ne geminetur ſcelus adulterij & homicidij, damus conſilium ut unuſquiſque ſacerdos in ſua plebe publicè adnuntiet ut ſi aliqua femina clanculò corrupta conceperit & pepererit, nequaquam diabolo cohortante filium aut filiam ſuam interficiat, ſed quocunque prævalet ingenio , ante januas Eccleſiæ partum deportari faciat, ibíque proici; ut coram ſacerdote in craſtinum delatus, ab aliquo fideli ſuſcipiatur & nutriatur, & tali ex cauſa homicidij reatum & , quod majus eſt, parricidij evadat. Nam qui filium aut filiam interficit, parricida omnimodis teneatur.

Burchard. lib. 5. c. 200.

De eadem re. *Ex Lege Theodoſiana lib.* v. *cap.* vii.

LXX. Quicunque expoſitum recenti partu ſciente patre vel matre vel domino collegerit, & ſuo labore educaverit, in illius à quo collectus eſt poteſtate conſiſtat, ſeu ingenuum ſeu ſervum quem nutrivit eſſe voluerit.

Interpretat. l. 1. Cod. Theodoſ. De expoſitis.

De eadem re. *Ex eodem.*

LXXI. Qui expoſitum puerum vel puellam ſciente domino vel patrono miſericordiæ cauſa collegerit, in ejus dominio permanebit; ſi tamen conteſtationi de collectione ejus Epiſcopus vel Clerici ſubſcripſerunt; quem poſtea ſuum dicere quis non poterit, quem projeciſſe probatur ad mortem.

Interpret. l. 2. Cod. Theodoſ. tit. eod.

De eadem re. *Ex eodem.*

LXXII. Si quis infantem à ſanguine nu-

L. un. Cod. Theodoſ. De